



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

11. Ioseph ab Angelo admonitus, primùm fugit cum Christo & Maria in Ægyptu[m], deinde illinc reuertitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Mattheus.	S. Marcus.	in Israel, & in signum cui cōtradiceatur, (S. tuam ipsius animam pertrāsibit gladius) vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cū viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor: que nō discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc, ipsa hora superueniens confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israël. * 12.	S. Iohannes.
--------------	------------	--	--------------

CAP. II. Ioseph ab Angelo admonitus, primū fugit cum Christo & Maria in Ægyptum, deinde illinc reuertitur. Matth. Cap. 2. \* 9.

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p><b>Q</b>VI cūm recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicēs, Surge, &amp; accipe puerū &amp; matrē eius, &amp; fuge in Ægyptū, &amp; esto ibi vsq; dum dicā tibi. Futurū est enī vt Herodes querat puerum ad perdēdum eū. Qui confurgens accepit puerū &amp; matrē eius nocte: &amp; recessit in Ægyptū. Et erat ibi vsq; ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictū est à Domino per Prophetā dicentem, Ex Ægypto vocaui filiū meū. Tūc Herodes vidēs quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde: &amp; mittēs occidit omnes pueros qui erāt in Beth-lēhem, &amp; in omnibus finibus eius, à bimatu &amp; infrā, secundū tēpus quod exquisierat à Magis. Tūc adimpletū est quod dictum est per Ieremiā Prophetā, dicentem,</p>			



tem, Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorâs filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicēs, Surge, & accipe puerū & matrē eius, & vade in terram Israël. defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri, qui cōsurgens, accepit puerum & matrē eius, & vēnit in terrā Israël. Audiēs aut quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilæe. Et veniēs habitauit in ciuitate quę vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur. * 13.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
---	------------	-----------	--------------

CAP. 12. IESVS duodecim annos natus disputat in Templo, vbi à parentibus questus, post triduum inuenitur, & illis morigerus Nazareth reuertitur. Luc. Cap. 2. \* 10.

S. Matthæus	S. Marcus.	<p><b>E</b>T vt perfecerūt omnia secundum legē Domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatē suā Nazareth. Puer aut crescebat, &amp; cōfortabatur plenus sapiētia, &amp; gratia Dei erat in illo. Et ibāt parētes eius per omnes annos in Ierusalē, in die solēni Pasche. Et cum factus esset annorū duodecim, ascendētibus illis in Ierosolymā secundum consuetudinē diei festi, cōsummatīsq; diebus cum redirēt, remansit puer Iesus in Ierusalem, &amp; nō cognouerunt parētes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerūt iter diei, &amp; requirebāt eum inter cognatos &amp; notos. Et</p>	S. Iohannes.
-------------	------------	---	--------------